



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari provenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

VI. De electione aliorum Prælatorum infra Generalem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

neatur: quæ confirmatio iure communi necessaria est, pertinetque ad Superiorem immediatum Prælatus electi, & si nondum illa obtenta, quis Prælatione utatur, iure acquisito per electionem priuatur, c. *ius stia*. de Elect. in 6. & videre licet latius in Syluestro, & Angelo, verb. *Confirmatio*. Panormit. in c. *cum Ecclesia*. de Elect. n. 8. In præfenti ergo confirmatio per se spectat ad solum Summum Pontificem; tamen, iuxta priuilegia, & indulta multarum religionum, non solet esse necessaria specialis confirmatio; sed cum ex vi priuilegiorum hæc autoritate Apostolica, eo ipso, quod quis publice denunciatur canonice electus, censetur etiam confirmatus eadem Apostolica autoritate; & ita videtur esse in usu multarum religionum: nam finita electione Generalis, statim ei ut supremo Prælato omnes reuerentiam exhibent, & ipse incipit præfidere generali Capitulo, suumque munus exercere.

CAPVT VI.

De Electione aliorum Prælatorum infra Generalem.

I.
Assertio
tripartita.

HAftenus de creatione supremi Prælati religionis diximus, & ex his, quæ tribus proxime præcedentibus capitibus tractata sunt, hoc vno capite facile expediri possunt, quæ ad reliquos spectant. Dicendum ergo est omnes illos posse per electionem creari, non tamen esse in eis ita necessariam sicut in Generali: ubi autem in usu fuerit, cum proportionem seruanda esse, quæ de electione Generalis diximus: ubi autem iuxta speciale institutum electio necessaria non est, simplicem ac legitimam provisionem Superioris habentis potestatem sufficere. Declaro singula: nam in primis postquam tota religio habet vnum supremum caput internum seu præter Pontificem, ab illo potest satis commodè recipere inferiores Prælatos, tam medios, quam infimos, siue utroque immediate prouidendo, siue solum medios ac sibi proximos, & per eos inferiores reliquos. Et ob hanc causam dixi, in his Prælati non esse tam necessariam electionem, quia influxus primi Prælati potest ad hæc omnia extendi sine ulla repugnantia, sicut in vniuersa Ecclesia Catholica vnus Vicarij Christi necessaria est electio: pro alijs autem inferioribus Prælati, Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, in rigore non erat necessaria electio, nam per solum ipsum Vicarium Christi poterant sufficienter prouideri, si ipse voluisset. Olim etiam videtur fuisse obseruatum, ut Abbates monasteriorum ab Episcopis crearentur, ut colligitur ex Concilio Niceno, c. 54. ubi etiam significatur Episcopum solitum fuisse creare Abbatem quasi Generalem plurium monasteriorum; hunc vero instituisse locales, seu particulares Abbates singulorum monasteriorum: idem munus tribuitur sacerdotibus in Concilio Tolet. IV. cap. 50. Nihilominus tamen frequentius obseruatum est in religionibus, ut inferiores etiam Prælati per electionem fiant, & non est dubium, quin recte ita fieri possit, quia hoc pendet ex humana institutione, & Pontificis approbatione; nec ex natura rei habet hic modus creandi huiusmodi Prælatos aliquid præter rectam rationem aut convenientem gubernationem, per se loquendo: nec repugnat iuri communi, sed potius est illi valde conformis, ut videbimus: nec denique repugnat iuri, aut potestati supremi Superioris, vel supremi Prælati, quia illa limitata est iuxta regulas, & indulta Apostolica, per quæ illi non maior potestas concessa est. In hoc enim differt monarchia vnus religionis à monarchia totius Ecclesiæ: nam in tota Ecclesia suprema potestas absoluta gubernandi, in capite residet, quæ à nullo infra Christum potest

limitari; & ideo modus instituendi inferiores Prælatos per electionem, vel sine illa, non potuit ab alio, quam ab ipsomet Pontifice definiri. Vnde, quodcumque, vel vbiicumque per electionem fit, vel facta est, ex benigna concessione eiusdem Pontificis introducta est: in religionibus autem tota potestas manat à Pontifice, loquendo de propria iurisdictione, & ideo licet vni Generali principaliter communicetur, datur tamen cum limitatione ad hunc vel illum modum regiminis, iuxta exigentiam rerum: ubi ergo institutio electionum talium Prælatorum postulat, seruanda est. Iam vero declaratur, & probatur altera pars, nimirum, in huiusmodi electionibus seruanda esse fere omnia, quæ de electione Generalis diximus. Quod quidem, quantum spectat ad ea, quæ pendunt ex iure communi, vnica ratione ostendi posset, quia ius commune nihil fere disponit de Generalibus in particulari; sed vel de Prælati in communi, vel de Abbatibus, sub quibus alij Prælati locales intelliguntur, & à fortiori eorum Superiores.

De 1. & 2. conditionibus requisitis ex parte eligendi.

Igitur ut per particulares conditiones breuiter discurremus. Primo ex parte eligendi necessaria est ætas ad minimum 25. annorum: de qua nihil speciale occurrit, præter ea, quæ de Abbatibus statim adnotabimus à num. 7. expressa in eadem religionem. Circa quam interrogari potest, an requiratur professio in eadem Prouincia, vel domo cum proportionem, ita ut sicut in Generali requiritur professio eiusdem religionis, ita in Prouincia eiusdem Prouinciæ, in contentuali eiusdem domus. Sic enim de Abbate sentit Syluest. verb. *Abbas* n. 2. & in ceteris. Et fauent iura antiqua s. quest. 1. ubi in c. *Abbatem* 2. dicitur, *In monasterio, ubi non ordinari quem sibi de sua congregatione, &c. id est, de suo monasterio, ut sequentia verba declarant, & professio dominus, de quibus paulo inferius: & in cap. sequenti tunc solum permittitur monachi eligere de alio monasterio, quando inter se aptam personam non erant requisierint.* Et fortasse olim quando monasteria monachorum ita erant inter se diuisa, ut non efficerent proprium vnum corpus, nec haberent vnum Superiorem communem, hoc erat in more positum, ut electio fieret ex proprio monasterio, allegaturque tanquam ius ordinarium & commune, quod non licebat prætermittere nisi in prædicto casu necessitatis. Quanquam forte non fuit hoc tam necessarium, quin electio aliter facta valida esset, quia non inuenimus verba irritantia in antiquo iure, & alioqui cum electio futura esset communi consensu, saltem maioris partis, poterat communitas cedere iuri suo: imo præsumenda esset ex legitima causa, & necessitate id facere, nisi oppositum manifeste constaret.

Nunc autem in religionibus virorum certum est, conditionem hanc non esse necessariam, sed solum ut electus eiusdem religionis sit, ut patet ex Clement. 1. de Elect. ibi, *Ne religiosus aliquis in Abbatem, vel Prælatum alius religionis, vel habitus, vel professionis, ergo ex vi illius textus solum est necessaria indentitas religionis, professionis, & habitus: non ergo eiusdem domus, vel Prouinciæ.* Expendimus autem supra cap. 3. num. 11. particulam, *de assensu*, in eodem textu positam, quia ex ea intelligitur, illud esse ius nouum, post illud autem non habemus ius, quod maiorem identitatem requirat: ergo illa sufficit. Denique, vsu omnium religionum ita receptum est. Nam religiones Mendicantes, & alia illis similes, tantam habent in se vnitatem, ut distinctio locorum, vel prouinciæ valde accidentalis

Nota.

IV.

Num tria
habitus,
professio,
habitus sunt
genus.

talis reputetur, ideoque nec in eligendo Provincia-
li consideratur, per se loquendo, vt eiusdem Pro-
vinciæ sit filius, aut habitator, neq; in Prælatu con-
uentuali quod sit eiusdem conuentus. Maior huius
rei consideratio videtur conseruari in religioni-
bus monasticis; tamē quoad hoc fere reductæ sunt
ad eandem formam. Hoc ergo ius regulariter est
commune omnibus: vbi autem ex speciali regula
aliquid aliud additum fuerit, obseruandum est.

Potest autem circa dictam Clementinam dubi-
tari, an illa tria verba, *eiusdem religionis, pr. sessionis, &
habitus*, æquipollent, solumque sint posita ad ma-
iorem rei declarationem, vel expressionem; an ve-
ro singula aliquid addant. Glossa enim ibi indicat
hoc posterius: nam, si religio, inquit, sit diuersa, vt
Cisterciensium, & Carthusiensium, quanuis fortas-
se professio sit eadem, non sufficit. Sed quoad hæc
duo non existimo vnum ab altero separari, sed vo-
ces illas vt synonymas positas esse, & ita non sunt
positæ in eadem clausula, sed vna in principio in
ratione textus, altera inferius in ipsa lege. Nun-
quam enim religio est diuersa, quin professio sit a-
liquo modo diuersa, saltem quoad obedientie vo-
tum: tum quia sit diuersis Prælati non subordina-
tis: tum etiam, quia sit secundum regulam, quam
in diuersis religionibus oportet esse aliquo modo
diuersam. Et præterea traditio, quæ etiam est de
substantia professionis, necessario est distincta in
distinctis religionibus: illa ergo duo æquipollent
in præfenti materia.

V.

Conuen-
tio in habi-
tu est vt
quisque
eligendo.

De alio autem termino, videtur certe positus ad
addendum aliquid: nam contingit in eadem reli-
gione deferri diuersos habitus in distinctis mona-
sterijs aut Provincijs, vt, v.g. in religione S. Franci-
sci quidam sine calceis incedunt, & asperiori ac vi-
liori habitu vtuntur, quam alij; & ideo licet sint e-
iusdem religionis, non tamen videntur esse eiu-
dem habitus cum alijs conuentualibus, vel de Ob-
seruantia. Et in alijs religionibus, vt Trinitatis, v.
g. aut canonicorum regularium, magna varietas in
diuersis regionibus conspicitur, non solum in co-
lore, sed etiam in figura. Videtur ergo in prædicto
textu requiri, vt eligendus in Superiorem sit non
solum eiusdem religionis, sed etiam eiusdem habi-
tus intra illam. Quod patet ex contextu, nam fla-
tum à principio sub distinctione dicitur, non esse
rationi consentaneum, vt homines disparis pro-
fessionis, vel habitus in eisdem monasterijs socien-
tur: & ex hac ratione concluditur, vtamque con-
ditionem postulandam esse in Abbate, seu Prælato
medio. Hæc vero expositio difficilis est, nam ex illa
sequitur, in religione S. Francisci, aut Carmelita-
rum, v.g. non esse validam electionem, si aliquis ex
eadem religione, diuersæ tamen familiæ, gestantis
distinctum habitum eligatur. Consequens videtur
falsum, & contra vsum. Confirmatur, nam in ea-
dē religione contingit esse varietas in habitu quo-
ad colorem album, vel nigrum, vt de ordine S. Be-
nedicti dicitur in Clemen. *Ne in agro*. §. i. de statu
monach. & tamen id non obstat, quo minus ge-
stans habitum diuersi coloris possit in Abbate e-
ligi, vt ibi glossa fatetur, dicens hanc diuersitatem
esse accidentariam.

VI.
Ex hac igitur glossa, & quæ circa illam à Docto-
ribus notantur, colligere possumus, conuenien-
tiam quidem in habitu esse necessariam ex parte e-
ligendi in Prælatum, hæc enim in dicto textu ex-
pressè postulat, potest autem diuersitas in habi-
tu esse quasi substantialis, quæ, vt mihi videtur,
semper supponit diuersitatem Regulæ, & conse-
quenter etiam religionis. Tunc enim mutatio in
habitu alicuius religionis censetur substantialis,
quando est contra dispositionem regulæ, vt signifi-
cavit Panormit. in dict. Clemen. i. num. 4. ergo, vt
Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

varietas in habitu censetur substantialis, necesse
est vt ex diuersitate Regularum procedat; nec po-
test alia ratione commode discerni substantialis
varietas ab accidentali in ipso actu: tunc ergo di-
stinctio in habitu merito impedit electionem. Ac-
cidentalitatem autem distinctio in habitu erit, siue sit
in colore, siue in figura, quæ non fuerit contra re-
gulam, sed sub eadem permittatur: illa ergo non
impedit electionem. & de hac procedunt exempla
superius num. præced. adducta. Et ratio reddi po-
test, quia illa varietas non est distinctio in habitu
simpliciter, sed tantum secundum quid, & ideo
non repugnat prædicto textui. Ex qua interpreta-
tione concluditur, identitatem habitus in rigore
non addere conditionem diuersam ab identitate
religionis, sed per eam explicari, ad vnitatem reli-
gionis requiri aliquam conformitatem in habitu,
saltem substantialem. De quo iterum dicemus in-
fra, tractatu sequenti de varietate religionum. Ad-
do vero, vbi contigerit, electum esse diuersi habi-
tus accidentaliter, quanuis electio valida sit, nihil-
ominus esse iuri consentaneum, vt durante illo
munere, se conformet alijs in habitu, saltem Supe-
riori, ne inter caput, & membra diuersitas appa-
reat, argumento c. *Dem*, qui de vita, & honest. cle-
ric. & cap. in nona. 16. q. 7. ibi, *Constituentes vt ibi, qui in
administrationibus Ecclesie Pontificibus sociantur, discrepa-
re non debeant nec professione, neque habitu.*

An decisio Clementine à num. 3. explicatæ proce-
dat de electione monialis.

Tandem dubitari potest, an decisio illius Cle-
mentinæ circa 2. conditionem locum habeat etiam
in monialibus. Ad quod respondendum est affir-
mativè, cum glossa ibi, & communi sententia: quia
in his dispositionibus femininum sub masculino
comprehenditur, vt in superioribus diximus. Ex-
pressius vero hoc statuit Concilium Tridentinum
sess. 25. cap. 7. de Regular. vbi postquam nonnullas
conditiones posuit obseruandas in ea, quæ in Ab-
batissam eligenda est, subdit, *Quod si his qualitatibus
non reperiatur in eodem monasterio, ex alio eiusdem ordinis
eligi possit.* Quæ verba in primis supponunt, in mo-
nasterijs monialium, per se loquendo, & quoad
fieri possit, obseruandum esse, vt de eodem mona-
sterio Abbatisa eligatur. Deinde, in casu necessita-
tis solum conceditur, vt de alio monasterio eiu-
dem ordinis eligi possit: est ergo hoc substantiale.

VII.
Resolutio
affirm.

Decretum
Trid. pro
electione
monial.

Circa hoc autem decretum primum obseruare
oportet, duas conditiones addidisse ibi Concilium
pro Abbatisis, & Priorissis, &c. quæ in viris ne-
cessariæ non sunt: scilicet, ætatem quadraginta an-
norum; & octo annos religiose vitæ post expres-
sam professionem eius: vt enim supra cap. 3. num. 7.
diximus de Generalibus religionum, ita etiam de
Prouincialibus, & Conuentualibus Prælati viro-
rum nullum est ius, quod in eis dictas conditiones
requirat: decretum autem de feminis non com-
prehendit viros, vt supra etiam ostensum est. Tan-
tum ergo in præfectis feminarum illæ duæ condi-
tiones speciali iure requiruntur, & vtrique addita
videtur à Concilio Tridentino. Nam, quod ad æ-
tatem attinet, licet olim Gregorius Maximiano E-
piscopo scripserit, vt non permitteret Abbatisas
nisi sexagenarias fieri, lib. 3. Epist. 11. cap. *Inuenculas*,
20. quæst. 1. tamen illud nunquam fuit pro iure re-
ceptum, posteaque Bonifacius VIII. in cap. *Indemni-
tatis*. de Elect. in 6. solum ætatem triginta anno-
rum completorum requisivit. Concilium autem
Tridentinum quasi medium tenens, & quia expe-
rientia forte monstrauit, in feminis sicut fortior
ætas quàm sexagenaria necessaria est, ita maturio-
rem, quàm tricenariam requiri, quadraginta an-

VIII.
Expenditur
prædictum
decretum de
atate. Can-
tiquitate
moniales
eligenda.

norum ætatem postulat. De altera vero conditione antiquitatis professionis nihil inuenio antiquiore iure, nec simili, neque dissimili definitum. Hæ autem duæ conditiones non declarantur à Concilio tanquam substantiales, nec irritatur electio aliter facta, sed simplex prohibitio ponitur, ut non eligatur, &c. ideoque si aliqui electio facta sit iuxta commune ius, licet illæ duæ conditiones non seruentur, non erit electio irrita ipso iure, sed ad summum irritanda. Præterea illæ conditiones non ponuntur à Concilio ut simpliciter necessariæ, sed, si seruari poterint, aliqui conceditur ut ætatis triginta annorum, & post quinquennium à professione eligi possit. Intellego autem, illas conditiones seruari non posse non solum quando in nulla religiosa eiusdem monasterij inueniuntur, sed etiam, si inueniantur in aliquibus vitæ laudabilis, si non habeant qualitates aliquas ad gubernandum necessarias: ita enim intelligendum est Concilium cum dicit, *Si his qualitatibus non rep. riatur in eodem monasterio*, scilicet, apta ad electionem: clarum est enim illas solas qualitates non sufficere, ut persona sit digna, nec velle Concilium, ut sine alijs requisitis aliqua eligatur, etiam si illas conditiones habeat. Et eodem modo intelligo quandam responsionem Congregationis Cardinalium, quæ absolute habet, *Abbatissam triginta annorum; & quæ per quinque annos solos sit professa, eligi non possit, si in monasterio, si aliqui moniali quadraginta annorum, & quæ iam per octo annos sit professa*, subintelligendum enim puto, dummodo aliqui ad gubernandum apta sit, & sufficiens, nam hoc ex natura rei necessarium est. Addit vero idem Concilium, ut sine illis eligi possit, oportere, ut non possit commode ex alio monasterio cum illis eligi; quod committit iudicio Superioris: & ideo Congregatio Cardinalium in prædicta responsione addidit, *Aut in aliquo monasterio eiusdem ordinis vicino istius qualitatem inueniatur*; ubi expendo particulam illam *Vicino*, quæ addita est verbis Concilij fortasse ad declarandum, distantiam loci sufficere, ut electio non possit commode ex alio monasterio fieri: quanta autem sit illa distantia, Superior iudicabit.

IX.

Notandum præterea est aliud responsum eorundem Cardinalium, quod varijs ac fide dignis testimonijs ad nostras manus peruenit sub his verbis, *Abbatissa, licet per quinquennium non manserit in religione, dum tamen excedat triginta annos, & id fiat ad requisitionem suarum monialium de licentia secunde dignitatis cathedralis, & earum Superioris regularis, dummodo laudabiliter anno superiore se gesserit, debet confirmari per biennium in officio. Quod si ad confirmationem dictæ Abbatissæ deisset Superiorum regularium licentia propter absentiam, seruatis in, quæ hoc capite præscribuntur, ad dictam confirmationem procedendum est.* Quod responsum in primis intelligi habere locum, quando dispositio Concilij Tridentini ad literam seruari non potest, quia non est verisimile per illam derogari, vel aliqua ex parte dispensari in Concilio, si obseruari potest. Solum ergo habet locum quando nec quadragenaria cum octo annis professionis eiusdem monasterij & religionis commode eligi potest; nec etiam in monasterio inueniatur aliqua triginta annorum ætatis, & habens quinque integros annos professionis æque digna, & apta ad illud regimen: nam si huiusmodi inueniatur, non video cur alia admittenda sit. Imo etiam in eo casu necessitatis censeo, illam declarationem factam esse auctoritate Pontificis, quia sola scientia sine potestate ad illam non fuisset sufficiens, tum quia est quasi noua lex in casu à Concilio omisso, nihil enim Concilium prouidit pro eo casu, in quo non inueniatur aliqua triginta annorum, habens quinque annos professionis: tum etiam, quia ibi postulat licentia secun-

dæ dignitatis cathedralis, & Superioris regularis, si commode haberi possit, & solum conceditur, ut ad biennium confirmari valeat. Quæ omnia non pertinent ad doctrinalem interpretationem, sed authenticam, & potestatiariam, ut sic dicam; ideoque, ut illa declaratio ad vsum applicari debeat, obseruare oportet, an sit vniuersaliter facta pro tota Ecclesia, & an sit satis promulgata ut habeat vim legis. De quibus mihi nunc non constat, credo tamen saltem obseruari posse ubi oppositum non constiterit, nam continet quasi epycheam per se satis consentaneam rationi, & habet sufficientem auctoritatem.

Ex hac vero declaratione constat, antiquitatem professionis non esse reputatam à Congregatione Cardinalium tam necessariam conditionem, licet ætatem completam triginta annorum nam alius casus omisus est in Concilio esse posset, in quo nulla monialium existentium in monasterio, & apta ad gubernationem eius, habeat triginta annos ætatis expletos, & tamen in eo nulla declaratio vel epychea facta est, ideoque in tali casu nulla eligi potest minoris ætatis, etiam si per plures quæ octo annos religiosa fuerit: sed in eo casu aut ex alio monasterio eiusdem religionis assumenda erit Abbatissa, etiam si difficultates aliquas superare, vel aliquid incommodi ferre necesse sit, vel certe dispensatio erit à Summo Pontifice postulanda. Sed quid si duæ aptæ ad dictum officium concurrant, altera quadragenaria, nondum tamen habens quinque annos professionis; altera vero habens illos completos vel etiam octo, nondum vero attingens quadragimum annum ætatis, licet excedat trigimum? Videtur enim hæc posterior præferenda, quia habet aliquo modo completam veramque conditionem à Concilio postulatam: priori vero una conditio omnino deest. In contrarium autem est, quia Concilium per se primo requirit ætatem quadraginta annorum, quæ conditio completur in priori, & non in posteriori, & aliunde conditio ætatis magis desideratur, ut notatum est: ergo videtur præferenda prior. Mihi videtur negotium arbitrarium: quia reuera se habent tanquam excedens, & excellens, & ideo censeo præferendam esse illam, quæ ob alias conditiones dignior reputata fuerit: si aut fuerint æquales, excessus ætatis videtur præferendus ex genere suo, propter rationem factam, & quia in iure magis consideratur, quam alius. Dico autem ex genere suo, quia tam paruum esse posset excessus ætatis, & tantus in antiquitate religionis, ut hic præponderaret: Superior ergo prudenter hoc diiudicabit. Hinc tamen colligimus, quotiescunque nulla est, habens integras illas duas conditiones quadraginta annorum ætatis, & octo professionis, illam esse, ceteris paribus, præferendam, quæ plus de illis participauerit. Ut si sit aliqua habens quadraginta annos ætatis, & quinque professionis, in dubio esset præferenda alijs non attingentibus illam ætatem, neque habentibus octo annos professionis, & sic de alijs. Quamuis n. dici possit, Concilium solum assignasse illa tempora certa, & ideo, si non explicantur, nihil referret quod ad illa magis, vel minus accedatur, & similiter duas illas conditiones simul postulare, & ideo, si simul non coniungantur, vnam vel alteram nihil conferre: nihilominus negari non potest, quin & conditio ætatis maioris 30. annorum per se spectata necessaria sit, & quod iuxta intentionem Concilij maior participatio illarum conditionum, ubi integre haberi non possunt, ceteris paribus, reddat personam in hoc munus digniorem.

Ex quo tandem intelligitur, quando iuxta mentem Concilij oporteat electionem fieri ex alio monasterio. Nam in primis iuxta dictam declarationem Cardinalium solum est hoc simpliciter necessarium, quando

quando in eodem monasterio nulla, quæ eligi possit, habet triginta annos ætatis completos: nam si illos habeat, in reliquis conditionibus faciliè potest benignè interpretatione vti, considerata aliqua incommoditate in eligendo ex extraneis: hanc enim etiam necessariam esse opinor, vt prædicta declaratio locum habeat, ita vt à dispositione Concilij non recedatur. Addo deinde, sufficientem causam eligendi ex alio monasterio esse, quod in eodem non inueniatur aliqua habens simul illas duas qualitates quadraginta annorum ætatis, & octo professionis: sic enim intelligo illa verbo Concilij, *Quod si hæc qualitatibus non reperitur in eodem monasterio*, quia nisi vtramque habeat, dici non potest esse illis qualitatibus affecta. Verum est, Concilium non dicere in eo casu, eligi debere ex alio monasterio, sed posse; quare iudicio Superioris relinquit, vt id fiat, si absque incommodo possit. Vnde, si non obstante eo defectu, ex consensu Superioris alia de eodem monasterio eligatur, habens alias condiciones requisitas à Concilio triginta annorum ætatis, & quinque professionis, sine dubio erit valida & confirmanda electio, etiam si fortasse aliter sine incommodo fieri possit, quia nullum est verbum in Concilio, quod necessitatem indicet, sed solum directionem Superioris, vt id non permittat, nisi ratione alicuius incommodi. Quod si fortasse ille liberalior sit quam debeat, inde non infirmatur electio, cum Conciliū hoc non disponat. Tanto autem facilius, seu ad vitandum etiam leuius incommodum poterit hoc permitti, quanto minor fuerit defectus dictarum conditionum in persona eligenda ex eodem monasterio. Nam si habeat octo annos professionis, licet non attingat quadraginta annorum ætatis, dummodo excedat triginta, facilius poterit admitti eius electio: & idem est de conuerso, si habeat quadraginta annos ætatis, nondum verò expleuerit totos annos professionis. Et sic de aliis combinationibus, quæ faciliè cogitari possunt.

Expediantur 3. & 4. conditiones requisitæ in eligendo.

XII. Tertia conditio necessaria ex parte eligendi in prælatum erat, vt sit sacerdos, vel ordinatus in sacris: quam per se constat in religionibus virorum, non monialium requiri, quia nec feminae sunt capaces ordinis, neque illo indigent ad suum modum prælationis, cum non consistat in potestate iurisdictionis spiritualis, sed tantum in dominatiua, seu materna. In religionibus autem virorum ita necessaria est ad inferiores prælationes, sicut ad supremam: nã iura quæ adduximus, de conuentuali Abbate, seu Superiore præcipue loquuntur. Quarta conditio erat, vt sit legitimus: quam certum est etiam postulari ad prælationem Prouincialem, vel Conuentualem: imò ad quodcunque munus religionis habens iure ordinario spirituale iurisdictionem. Nam c. i. de filiis presbyt. hæc omnia complectitur, vt latius Sylu. profertur verb. *Prælatum*. num. 3. & verb. *Electio*. i. q. 14. n. 15. & Angel. eod. verb. n. 23. Dubitari autem potest an hæc conditio etiam in Abbatissis requiratur. Et ratio dubitandi est, quia eorum prælatio non consistit in spirituali iurisdictione, sed ille defectus originis solum impedit ex vi iuris canonici aut ordinem, aut spirituale iurisdictionem: ergo. Maior sæpè est in superioribus tractata, præsertim c. n. 3. minor ex iure constat, quia nullū decretum asseri potest, in quo impedimentum illius amplius extendatur. Et confirmatur maximè ex toto titulo de filiis presbyterorum, in quo de filiis solum sermo est. Et licet sub nomine masculino soleant feminae comprehendi, tamen id potissimū habet locum in fauorabilibus, non autem in odiosis,

nisi vel aliæ circumstantiæ, vel saltem omnimoda identitas rationis ad illum sensum cogant: hic autem nec est similis ratio, vt explicatum est, nec circumstantiæ aliquæ ad illam extensionem faciendam inducunt. Imò si considerentur verba cap. i. de filiis presbyt. apertè videntur determinari ad solos mascululos: nam prius dicitur, vt filij illegitimi non ordinentur, nisi religiosi fiant, & deinde additur, *Prælatum vero nullatenus habeant*, loquitur ergo de filiis ordinis capacibus, vel (quod idem est) de prælatione propriè dicta, quæ ordinem aliquem præsupponit, aut requirit. In reliquis autem textibus ferè sermo est de filiis presbyterorum, quatenus ad dignitates, personatus, aut beneficia Ecclesiastica curam animarum habentia, admitti non possunt sine dispensatione Pontificis, præsertim in illis Ecclesiis, vbi patres eorum beneficia habuerunt. De quibus etiam solis agit Concilium Trid. sess. 25. cap. 15. de Reformat. Constat autem officium Abbatissæ nec dici posse beneficium Ecclesiasticum, neque illius sollicitudinem propriè vocari posse curam animarum, sed solum ministerium pertinet ad gubernationem quasi economicam vnius domus, quamuis accommodatam religioso statui ac profectui. Tandem, nulla irregularitas admittenda est, quæ non sit in iure expressa, hæc autem inhabilitas illegitimatorum ad prælationes Ecclesiasticas quædam irregularitas est: non est ergo ad feminas extendenda, cum in iure non sit expressa.

Propter hæc ergo, vel similia, nonnulli graues auctores censuerunt, hunc defectum natalium nullū impedimentum esse ad munus Abbatissæ. Citatur ab Emmanuel Rodr. q. 10. art. 21. & in Summ. 2. p. c. 29. n. 12. Felinus referens Ioannem Andr. & Geminianum loco infra adducendo, num. seq. sed nec Felinus id tenet, nec dictos auctores refert: citatur etiam Ancharanus in c. generali. de Elect. in 6. citans Cynum, & Bartolum in l. 2. ff. de verbor. significat. vbi etiam Bartolus nihil de hac re loquitur, indicat verò hanc opinionem Tabien. verb. *Virginitas, orseratio*. Nihilominus alij distinguunt inter Abbatissas, quæ temporales sunt & non benedicuntur, & perpetuas, quæ benedicuntur: de prioribus aiunt cum prima opinione, nihil referre quod illegitimæ sint: secus verò esse de posterioribus, quia sunt veræ prælatæ, & habent iurisdictionem quasi Episcopalem. Sed hæc distinctio neque in antiquis auctoribus inuenitur, neque habet fundamentum in iure. Nam in primis benedictio non refert, quia illa non est aliquis ordo, vt defectus natalium reddat personam quasi irregularem ad illam benedictionem; neque admittenda est illa exceptio, cum in iure non habeatur, & materia sit odiosa, & quamuis admitteretur, sicut professio religiosa tollit irregularitatem ad ordines, ita etiam tolleret ad illam benedictionem. Perpetuitas etiam non refert, quia non maiorem iurisdictionem habet Abbatissæ perpetua ex illo capite, quam temporalis; sed id, quod habet, magis durabile est, & reuera neutra habet propriam iurisdictionem spiritualem, nam hoc non prouenit ex maiori, vel minori duratione, sed ex incapacitate femine sexus, vt alibi diximus tom. 5. in 3. p.

XII.

Est ergo communis opinio, illegitimam absque dispensatione non posse esse Abbatissam. tenet glossa in cap. *indemnitas*. §. 1. verb. *Canonice*. de elect. in 6. Sequitur Panormitanus in cap. *cum nunciatum*. de Elect. n. 6. & Felinus cap. *m. minus*. de accusat. n. 4. quam esse communiter receptam, & in praxi seruata testatur Nauarrus Comment. 2. de Regularib. n. 60. Maiolus lib. 1. de irregular. c. 29. n. 10. citans Tabienam verbo *Dispensatio*. 5. versu 21. Qui tamen non fundantur nisi in cap. i. de filiis presbyter. quod generaliter statuit, filium illegitimum

XIV.

Communis opinio requirit legitimitatem.

esse inhabilem ad Ecclesiasticas prelationes; munus autem Abbatissæ inter prelationes computatur, ut notant Doctores in dict. c. *indemnitas*. §. *Verum*. ex textu ibi, *ut a dignitate deiciatur adepta*, ubi Geminianus in 3. notat. & Abbas in cap. *quia propter*, de electione, n. 3. ubi propterea omnes docent in electione Abbatissarum seruandam esse formam illius textus, quia sub nomine prelationis comprehenditur. Et licet D. Thom. in 4. d. 25. q. 2. art. 1. q. 1. ad 2. dicat, Abbatissam non habere prelationem ordinariam, statim tamen subdit, habere quasi ex commissione, habet ergo aliquo modo sufficere ut sub generali nomine comprehendatur. Præterea non obstat, nomen filij masculini generis, quia in aliis similibus dispositionibus iuris sub ea voce femina comprehenduntur, præsertim quando lex est fauorabilis religioni, etiam si fortasse sit onerosa priuata personæ ex Clemen. 1. cum gloss. ibi, verb. *Homines*. de Elect. & in c. *generali*, verb. *Uniuersos*. de Elect. in 6. huiusmodi autem est dispositio illius ca. 1. In quo etiam non deest similitudo rationis, quia munus Abbatissæ etiam computatur inter dignitates Ecclesiasticas. Et ad hoc confirmandum induci potest declaratio Sixti V. quæ alias posset in contrarium obici: cum enim contra illegitimos rigorosum rescriptum edidisset, postea in declaratione addidit, *Ceterum quæ a nobis citra a religiosis viros in præfata constitutione sancita sunt, ea nequaquam volumus ad moniales nunc extendi*. Quam declarationem ideo necessariam reputauit, quia non ex vi verborum, sed ex peculiari intentione, & benignitate sua videbatur profecta. Quamuis enim prima sententia in rigore iuris facile defendi possit, quia reuera ex illo sufficienter non conuincitur hæc opinio: nihilominus in praxi non censeo recedendum ab hac sententia, quoniam sicut communior, ita securior est.

Opinio Emmanuili in n. præced. in praxi minus secuta, quam facile defendi possit.

XV.

Sed dicunt aliqui, hanc maculam per professionem religiosam tolli, nam in viris irregularitas ad ordines tollitur per professionem religiosam: ergo etiam in feminis aliqua inhabilitas tolli debet; in eis autem non est irregularitas ad ordines, quæ tolli possit; ergo tollitur saltem hæc inhabilitas ad prelationem. Sed hoc non rectè dicitur: nam professio sola sua vi, & naturâ non tollit hæc impedimenta, ut in superioribus tetigimus, & per se satis notum est: tantum ergo tollit, quantum à Pontificibus est concessum, & ideo in viris professio tollit irregularitatem ad ordines, non verò ad prelationes, quia virumque statutum est in dict. c. 1. de filijs presbyter. Quod autem in feminis professio tollat inhabilitatem ad prelationem, nullo iure, aut privilegio concessum est: ergo propter illam congruentiâ, vel æquiparationem, non potest hic effectus tribui professioni monialium: neque etiam est similis ratio, quia per hanc inhabilitatem non impeditur femina ab aliquibus actibus spiritualibus, & ad cultum Dei pertinentibus, qui per feminas exerceri possit; sicut impeditur vir per irregularitatem ab ordine.

XVI. An corrupta possit eligi abbatissam

Denique addunt prædicta glossa, Panormit. Felinus, & alij, non posse eligi in Abbatissam, quæ fuerit corrupta, etiam si sit vidua: quod solum probant ex cap. *inueniuntur*. 20. q. 1. ubi Gregor. præcipit, eligi virginem sexagenariam. Veruntamen caput illud quoad vnâ partem, scilicet quod sit sexagenaria, receptum non est in vim legis: idem ergo de altera parte responderi potest: unde Archidiaconus & Hugo ibi aiunt, illud interdum non obseruari; nam licet decentissimum sit, ut virginibus non præsit nisi virgo, ut ita non solum verbo, sed etiam opere ac perseverantia sit aliis exemplum virginittatis; nihilominus aliquando potest expedire viduam eligi, quâvis tunc consecranda, seu benedicenda non esset, ut

notat etiam glossa in Clemen. *Attendentes*, verb. *Rationabili*, de stat. monach. quæ tamen indicat etiam in eo casu necessitatis necessariam esse dispensationem, quam etiam indicat, posse concedi per aliquem prelatum præsentem electioni, v. g. Episcopum, vel Episcopalem iurisdictionem habentem: quod mihi est probabile, quia illa prohibitio, quæ Greg. fecit cuidam Episcopo, non est cum tanto rigore proposita, ut ab illo extulerit potestatem dispensandi in casibus reuera necessariis. Sed in hac re potissimum censeo standum esse consuetudini. Reliqua quæ de aliis defectibus seu impedimentis ad huiusmodi prelationem, eiusdem fere rationis sunt cum his, quæ de viris diximus, & de illis videri potest latè Maiolus dict. lib. 1. de irregularitate, capite 29.

Tractantur conditiones ex parte eligentium requisitiæ.

Iam dicendum est de requisitis ex parte eligentium, in quibus eadem, quæ de Generali diximus in c. 4. cum proportionem seruanda sunt. Nam in primis vniuscuiusque electio ad congregationem proportionatam pertinet: electio enim prelati consuetudinis iure communi ad conuentum pertinet, argum. mento cap. 1. de electione, & expressè habetur in c. cum dilectus, de consuetudine, & 18. q. 2. per multa capita, & ferè ex natura rei sequitur, supposita provisione futura per electionem: & saltem constat, mihi iure aliquo positio aut consuetudine præscripta aliis ius eligendi concessum sit ex natura rei in ipso corpore communitatis tale ius residere. Affirmat autem Nauarrus comment. 3. de Regularib. n. 2. hoc ius constituendi Abbates magna ex parte referuatum esse Summis Pontificibus, vel facultatem præsentandi illos nonnullis Principibus esse concessam. Sed hoc intelligendum existimo de his, qui vel regulam in suo rigore non obseruant, vel secundum aliquam reformationem regulariter viuunt: nam in religionibus obseruantibus ac reformatis electio iuxta communem consuetudinem per conuentum fit, & ita est obseruandum, nisi aliud constiterit de iure speciali. Unde fit, idem proportionaliter esse dicendum de electione Provincialium; quâvis enim ius commune de illis nihil specialiter disponat, constat eandem esse rationem, seu proportionem prouinciarum, seu Capituli Provincialis ad suum Prelatum, quæ est conuentus localis ad suum.

Deinde ex parte eligentium requiritur etiam professio eiusdem religionis, nam iura supra citata siue Abbatibus, siue Abbatissis. Non est autem necessarium, ut talis professio sit expressa, quia hoc in iure non dicitur postulari, ut supra c. 4. n. 2. satis dictum est. Et ibi etiam n. 3. tractata sufficienter est alia conditio, quæ iura postulant, scilicet, ut electores sint in sacris ordinibus, quæ licet in monialibus locum non habeat, quæ inter eas laicæ vocantur, quia nec velantur, nec ad officium chori deputantur, an (inquam) vocem habeat in huiusmodi electione. Sed de hoc nihil inuenio in huiusmodi electione. Sed de hoc dico breuiter: vel in iure, vel in authoribus, & ideo dico breuiter: si illæ non sint verè professæ per tria vota solennia, si illæ non sint verè religiosæ professæ, nullum iure communi excludi cap. *indemnitas*, de Elect. in 6. Si autem sint verè religiosæ professæ, nullum inuenio ius, quo excludantur: nam illa similitudo vel proportio ad religiosos eligentes, qui debent esse ordinati, non sufficit, neque aliquid refert ad ius se ordinandi, non repugnat ergo admitti in hac re constituendum. Non repugnat ergo admitti in hac re constituendum, si ex consuetudine, vel ex iure speciali pendet, & regulariter obseruari existimo ut non admittantur. Postulat præterea in dict. c. *indemnitas*, ætas duodecim annorum exple-

explesorum: sed illud procedebat iuxta antiquum ius. Hodie autem cum maior ætas requiratur ad professionem emittendam, constat etiam ad eligendum maiorem ætatem requiri, scilicet sexdecim annorum expletorum. Maior autem necessaria non est, quia neque ad professionem emittendam requiritur, nec per ius aliquod per se postulat; nec etiam petitur, ut post professionem, aliquod tempus ante electionem intercesserit. Vnde etiam necessarium non est quod professio diem vocationis antecesserit, sed sufficit ut ante electionem legitime facta sit. In viris autem nihil inuenio specialiter de ætate dispositum, & ideo quæ sufficiens est ad ordinem Subdiaconatus, sufficit etiam ad eligendum. De quo videri potest Syluest. verb. *Electio*. 1. per priores quatuor questiones.

XX. Tandem inquiri solet, an Patronus possit habere ius eligendi simul cum religiosis. Faciunt enim dubitationem verba Pelagij Papæ in c. *Abbatem*. 2. §. 2. In monasterio (inquit) cum volumus ordinari Abbatem, quem sibi de sua congregatione, & monachorum electione, & possit in domino poposcerit ordinari. Per quæ verba videtur ius eligendi Patrono tribui; ubi glossa alia iura in eandem sententiam refert. Nihilominus dicendum est, Patronum non posse habere ius eligendi, tum quia, si est laicus, non potest habere iurisdictionem Ecclesiasticam, nec propriam administrationem, si verò non sit professus eiusdem religionis, etiam si sit clericus, non potest eligere prælatum regularem, iuxta c. *ex eo*, & c. *indemnitas*. de elect. Et hæc est sententia communis, quam tenet glossa in dict. c. *Abbatem*. glossa in cap. *quod sit*. verb. *l'opeditur*. ubi Abbas n. 6. idem in cap. *cum te*. r. a. n. 2. de elect. idem Panormit. in c. *nobis*. de iure patronatus. In quo textu expressè est hoc declaratum, & per illud explicandum est dict. cap. *Abbatem*, ait enim, *In conventu Ecclesie non electioni prelati scienda, sed iam facta honeste presola ut assensu*. non ergo eligit patronus, sed electioni factæ præbet assensum. Quod etiam in dict. c. *Abbatem*, innuatur, nam electio tantum dicitur esse monachorum; patroni autem simul cum illis poscere electum. Dices, aut hoc nihil conferre patrono, aut idem habere incommodum: nam vel cogitur patronus præbere assensum, & sic inutilis est illa caremonia; vel potest sua voluntate rumpere electionem, & hoc maius est incommodum. Respondetur primum, illud esse quoddam genus gratitudinis, recognitionis, & honoris, quod inter homines plurimum æstimatur. Deinde, si patronus legitimam causam proponat, ob quam non præbet assensum, audiendus est; & si causa sit sufficiens, Superior non confirmabit, sed cassabit electionem: sine legitima autem causa nihil obstat Patroni dissensui; & ita nec est inutilis hæc potestas, nec incommodum affert. Quamvis autem hoc ita sit iure communi, specialia iura legitime confirmata spectanda etiam sunt, & laudabilis consuetudo seruanda. Nunquam tamen poterit consuetudine introduci, ut ius eligendi prælatum acquiratur laico, aut non professo, nam est contra canones Ecclesiasticos, & contra Ecclesiasticam utilitatem ac disciplinam, & ita sentiunt Doctores citati, & Nauar. Comment. 3. de Regularib. n. 60.

XXI. Vitimò necesse est, ut hi electores non sint per censuram Ecclesiasticam impediti, aut voto priuati. De hoc autem impedimento sufficiens superius dicta cap. 4. num. 9. quoniam eiusdem rationis est in omnibus electionibus, siue maiorum, siue minorum prælatorum, & pro omnibus consulenda est doctrina de Censuris, ut illo c. 4. num. 9. iam citauimus: nam ex ea constat per quam suspendatur quis à potestate eligendi. Viderique possunt Syluest. & Angelus, & alij Summistæ, verb. *Electio*. Inquiri etiam huc posset, an moniales per censuras interdiciantur, aut

suspensæ priuentur etiam hac potestate eligendi, mediata, aut immediata, in materia de Censuris sufficienter tactum est; & ideo de his electoribus hæc in præfati sufficiant.

Tertium requisitum est, ut seruetur debita forma electionis. Circa quam communis, & recepta sententia est, seruandam esse formam præscriptam in cap. *quia propter*, in his omnibus prælatis, ut constat ex Innoc. Panor. & omnib. expostitoribus, Syluestro verb. *Electio*. 2. n. 2. & 4. ubi addit, tam Priores Prouinciales, quam Conuentuales ordinis Prædicatorum, & qui eis correspondent in aliis religionibus, debere eligi iuxta dictam formam, rescatis multis iuris subtilitatibus per constitutiones eorum: intelligendum est autem de constitutionibus confirmatis à Summo Pontifice, si in aliquo derogant iuri communi, quia nulla constitutio sine auctoritate Summi Pontificis contra illud valere potest. Neque hic occurrit aliquid specialiter addendum, sed superius dicta in cap. præced. cum proportionem applicanda sunt. Atque idem dicendum est de monialibus, in quibus eadem forma capitis, quia propter, ut ibidem quoque tradidimus, seruanda est, ut notauit glossa communiter recepta in c. *indemnitas*. §. 3. verbo *Collatio*. de Elect. iuxta modum tamen & moderationem additam in dict. c. *indemnitas*. quæ in Summa redegit Syluester verb. *Electio*. 3. in fine. Denique, etiam in eis locum habet dispositio addita à Cõcilio Trident. sess. 25. c. 6. de Regularib. ut in eodem expressè declaratur. Et hæc de conditionibus, ac forma eligendi prælatos regulares infra Generalem.

XXII. Ultima pars assertionis restat de modo creandi huiusmodi Superiores absque electione per solam prouisionem, aut nominationem superioris Prælati. De quo genere prouisionis, quantum ad vsum eius spectat, cum præter ius commune sit, nihil aliud dicere possumus, nisi tantum ibi seruari posse ac debere, ubi speciali & approbato iure fuerit institutum. Quæ lege supposita, ex parte eligentis, seu prouidentis necessarium est ut habeat suam potestatem non suspensam, neque impeditam. Et quia talis potestas annexa esse debet prælacioni eiusdem religionis, ut supponimus, omnes conditiones quæ ad talem prælacionem necessariæ sunt, ad illam requiruntur. Ex parte verò eius, qui prouidendus seu instituendus est in prælatum, omnes conditiones suprà posita in cap. 3. ex parte eligendi necessariæ sunt, quia illæ non postulantur propter specialem modum electionis, sed propter prælationem ipsam: ut, v. g. quædo ius disponit, ut nemo eligatur in prælatum religionis, nisi expressè professus, professio non petitur propter modum electionis, sed ut persona sit capax prælationis: vnde quantum ad hoc spectat, cum dicitur, *non eligatur*, perinde est ac si diceretur, *non promouetur*. idemque de cæteris conditionibus illo capite positis intelligendum est, iuxta communem, & certam sententiam. Neque vlla ratio dubitandi occurrit: nam quod iura vtantur verbo *eligatur*, solum est, quia secundum commune ius illud est ordinarius modus promouendi aliquem ad hanc dignitatem: aliquando verò vtantur verbo *assumatur*, ut in cap. *in a*. de ætate, & qualib. ibi, *Possit in Abbatem assumi*, quia reuera, ut dixi, non respiciunt viam (ut sic dicam), sed terminum, id est, conditiones quæ decent talem personam: vnde hæc, quæ diximus, potissimè intelliguntur de quacunque institutione, seu collatione prælatu: nam ad postulationem, per quam non acquiritur ius postulato, non requiruntur ex parte eius, qui postulat, omnes conditiones necessariæ ad prælationem habendam: nam satis est quod si aliqua deficiat, possit in ea dispensare ille, à quo fit postulatio, & quod ratio sufficiens ad dispensandum intercedat, &

ut

Quid ex par
te forma seu
modi promi-
dendi.

vt latius tractatur in tit. de postulat. Prælator. & à Summis, verb. *Postulatio*. Denique circa modum, seu formam providendi prælationem absque electione, nihil citra hoc dicendum occurrit, nisi quæcunque signa, aut verba sufficienter declarantia voluntatem superioris prælati, cõferendi alteri inferiori prælationem cum actuali vsu (vt sic dicam) seu exercitio eius, sufficere ad illam conferendam eo ipso quod sufficienter proponitur ac promulgatur. Nec existimo esse necessarium addere quod requiratur etiam subditorum acceptatio: nam, per se loquendo, non est necessaria noua acceptatio, sed sufficit obligatio obediendi, quam ex vi voti habent. Quanquam in hoc seruanda sunt etiam iura specialia, vel honesta consuetudo præscripta. Sed de hoc modo providendi Superiores religionis, quia inter omnes videtur esse proprius Societatis, ideo tractando in particulari de eius instituto, plura de illo dicemus tractatu 10. lib. 10. cap. 3.

CAPVT VII.

An prælatio religionis perpetua sit, quanto tempore durare possit, aut debeat.

I.
Resolutio
quæstionis
attento in-
te natura

Quæstio hæc tractari potest aut ex natura rei, aut ex iure communi, aut ex speciali. In primo sensu non potest tractari de facto, quia pendet ex hominum arbitrio, ac institutione, vt videbimus; & ideo ex sola rei natura non habet hæc prælatio quod sit perpetua, vel temporalis. Sed hoc solum ex natura rei ad illam consequitur, vt postquam semel collata est, auferri non possit iuste intra illud tempus, pro quo data est, nisi interueniente causa legitima, & potestate, quia per collationem acquiritur in illam proprium ius, quo nemo potest sine causa priuari: de quo alias. Igitur ex natura rei vterque modus institutionis possibilis est, quia in neutro illorum per se est aliquid contra rectam rationem, & quia alij principatus, & magistratus possunt esse perpetui & temporales. Denique quia in vtroque modo possunt esse multa commoda in ordine ad bonum regimen, & quamuis habeant admixta incommoda, vel non sunt contra rectam rationem, vel non per se sequuntur, sed per accidens, necessario sunt in rebus humanis toleranda, quia non possunt omnia vitari, & præcipuum punctum humane prudentiæ est tunc id eligere, quod minus habet incommodi. Vnde oritur quæstio, quæ illarum institutionum ex natura rei magis expediat religionum gubernationi de qua dicam in n. 9. ex predictis aliis membris propofitis.

II.
Resolutio
eiusdem
attento iure
diuino.

Secundo igitur dicendum est de iure communi. Omitto autem diuinum, quia de hac materia in particulari nihil diuinum ius statuit, vt sæpe in superioribus tactum est, & per se est evidens, quia nec scriptum, nec traditum ostendi potest. Imo probabile existimo in vniuersa Ecclesia Catholica nullam prælationem esse ex diuino iure absolute perpetuam, ita vt non possit quis ea inuitus priuari, vel sub ea lege haberi, nisi solus Pontifex Summus: sed de hoc alias. Igitur loquendo de communi iure Ecclesiastico, Nauarrus Commentar. 3. de Regularib. n. 3. affirmat, monasteriorum prælatos, vel prælatas secundum ius commune, & regulam debere esse perpetuos: id autem non probat nisi ex eodem textu, quem commentatur, cap. nullum. 18. q. 2. vbi dicitur, nullam potestatem relinqui monachis expellendi Abbatem, aut sibi met alium ordinandi: quod non alia ratione dici potest, nisi quia Abbas ex vi iuris perpetuus est. Et hoc idem supponitur toto titulo de statu monach. Verumtamen duobus modis intelligi potest, hanc perpetuitatem esse de iure

communi, positivè scilicet, seu definitivè, aut negativè tantum, vel (vt ita dicam) præsuppositivè. Præsuppositivè modo non inuenio ius aliquod positivè definitivè vt hæc prælationes perpetue sint, nec Nauarrus illud adducit. Nam illud caput nullam. solum statuit, vt monachi non possint deponere Abbatem pro arbitrio suo, aut alium creare quâdo voluerint, quod longè diuersum est: nam, licet prælati sit temporales, non poterit deponi prælati arbitrio subditorum, sed definito tempore à lege, seu statuto, vel ipso iure amittet officium, vel tenebitur renunciare, & ad id cogi poterit iuxta constitutionis tenorem. An verò possit prælati sub ea cõditione creari, vt tantum duret in officio ad arbitrium subditorum, infra a num. 4. videbimus. Neque etiam in toto titulo de statu monach. aliquid inuenio, quo hæc cõditio perpetuitatis pro hoc munere discernatur, ac præscribatur.

At verò alio modo negatiuo verum esse videtur ex vi iuris communis hanc dignitatem esse perpetuam. Primo, quia illud ius non vetat quin perpetua sit, sicut etiam non prohibet esse temporalem. Secundo, quia semper loquitur de hac dignitate tanquam de perpetua, & quæ de illa statuit, perpetuitati congruit, quia nimirum illam cõditionem supponit. Vnde sit tertio, vt virtualiter illa approbet ac defendat, qui videtur esse proprius sensus dicti cap. nullam. declarat enim, postquam religiosi ubi eligunt aliquem in Abbatem, absolute, & simpliciter, ac sine vlla temporis limitatione, talem prælatum ita esse perpetuum, vt non possit ab inferioribus deponi. Liberum enim eis fuit potestatem in ipsos dominandi tradere, postquam autem absolute dederunt, auferre non possunt. Atque hic videtur fuisse mos antiquorum monachorum, vt colligitur ex decretis, & historiis supra adductis & ex Concilio Moguntino, cap. 11. vbi dicitur, Abbatem non posse etiam suo arbitrio locum suum relinquere, sed cum permissione Episcopi. Et ex Concilio Tridentino sub Adriano III. & aliis, quæ statuunt, Abbatem solum propter crimina, vel defectus in regimine, posse suo munere priuari, & ex Regula S. Benedicti cap. 2. & 64. colligitur, Abbatem ex vi iure Regule esse perpetuum: nam licet hoc expresse, & in actu signato (vt sic dicam) non dicatur, tamen nullus ei præfigitur terminus, & tanquam de perpetuo de illo tractatur: Hac ergo ratione magis dici potest duratio perpetua, quam temporalis huius prælationis esse de iure communi, præsertim antiquo: quia præsuppositivè saltem ferè semper de illa tanquam de perpetua loquitur.

Tertio nihilominus secundum specialia iura religionum multa est in hoc varietas. Nam in primis supremus Generalis frequentius temporalis est, & in maiori, vel minori tempore durat, in religione Minorum, & Carmelitarum per sexennium, in multis aliis monachalium solum per triennium: in aliquibus vero religionibus perpetuus est, seu ad vitam, vt in religione Carthusianorum, Prædicatorum, & Societatis: religio autem S. Augustini quoddam medium obseruat ad hoc vsque tempus; nam viuentem Generali, Capitula Generalia celebrant, in quibus de retinendo eodem Generali, & nouo creando suffragia ferunt. Vnde videntur non posse sine rationabili causa mutationem facere: atque ita Generalis esse perpetuum, tamen sub ea cõditione, ac modo, vt ex prudenti arbitrio religionis cessare valeat. Reliqui autem Prælati omnes inferiores in omnibus constitutionibus, ordinationibus, aut Apostolicis prius institutionibus, solum in ordine Carthusianorum Priores durant perpetui, & fortasse in aliquibus particularibus monasteriis aliorum ordinum, prælati.